Einladungsschrift

zu der Feier

des

Schröderschen Gestiftsactus

im

Gymnasium zu Torgau

am 28. März 1847.

Inhalt.

I. Quaestionum de attractione quam dicunt particula prima. Scripsit *A. F. Kleinschmidt.*

II. Nachrichten über das Gymnasium zu Torgau aus dem Schuljahre von Ostern 1846 bis Ostern 1847. Von dem Rector.

Torgau, 1847.

Druck von W. Wideburg.

QUAESTIONUM DE ATTRACTIONE QUAM DICUNT PARTICULA PRIMA.

De attractione quam dicunt, quum quae ante aliquot annos ad eam rem contuli studia recolere et collocatam a me in hoc idiomate enucleando retractare coepissem operam, neque quae jam in dubitationem vocatae erant a me hujus materiae partes, interim virorum doctorum judicio plus accepisse mihi viderentur lucis; saepe sed frustra genium quem vocant, exhortantem me ut conscriptam de attractione commentationem in publicum promerem, conatus sum omnino cohibere. Sed haec non fuit disserendi causa et si qui forte sunt, qui credant, non potuisse me retinere, quae melius in scriniis reclusa mansissent, ut acriori castigarentur judicio, iis occasionem in medium aliquid proferendi, me non quaesivisse dictum esse volo, sed oblatam libenter me amplexum esse, prout meae temporis rationes ferrent, specimen studiorum, qualecunque esset exhibendi.

Non ignorant, qui attenderunt, praeeuntibus Buttmanno [1]) et Hermanno, [2]) Kruegerum [3]) uberius de hac materia disseruisse. Videamus nunc, priusquam singula persequamur, quid hodie in universum de sententiis horum virorum doctorum sit judicandum.[4])

Qua in re non diu elaborandum erit, cum quaestionem ita ex parte absolverimus, ut qualia fuerint grammaticorum ante aliquot lustra studia, et qualia sint hodie, paucis demonstretur. — Contendamus hac in re ante omnia, quae sequuti sint principia in explicandis libris priores grammatici cum iis, quae temporis tractu latius divulgata hodie valent. Primum hoc monuisse non pigebit, plurimos non attendisse nisi eam, cujus explicaturi essent leges, linguam eosque, etsi amplecterentur vernaculam, graecam

---

1) Ph. Buttmann Griechische Schulgr. §. 142 folg. §. 151.

2) Hermann Viger. de attractione. appendix. pag. 889.

3) G. T. A. Krüger Untersuchungen aus dem Gebiete der lateinischen Sprachlehre. Drittes Heft: Die Attraction in der lat. Sprache, ein Versuch dieselbe in ihrem ganzen Umfange darzustellen mit beständiger Rücksicht auf das Griechische. Braunschweig, 1827.

4) Post Kruegerum fuisse quendam, qui de attractione totam sibi materiam sumserit tractandam, in promptu mihi non est.

et latinam linguam aliasve, praeter similitudines quasdam vocabulorum aut constructionum nihil denotasse, quo conspiceretur linguarum nexus. Neglexerunt igitur causas eruere interiores atque petere inde argumenta, reconditiora quidem, sed quadrantia in universum.

Alterum quod cadit in hanc quaestionem, ut mihi videtur gravissimum, eo continetur, quod multi terminos, quibus notionum formationes singulares in logica quae dicitur comprehenduntur, induxerunt in grammaticam; aut sententiam primariam posuerunt in fronte, cui cetera omnia adaptari posse opinabantur. Qui quum in explicandis locis praeter leges cogitandi nihil respicerent, mihi videntur non satis perspexisse, qui spiret in linguis animus, nec subit mirari, quod in structuris verborum audacioribus neglectam cogitandi normam viderint, de quibus, recte si omnia perpendissent, aliter judicavissent.[1])

Dein parum grammatici mihi circumspectionis videntur habuisse, quod ad comprobandas leges suas exempla petentes usi sunt structuris verborum sine electione cautiore, non curantes sintne haec poetarum an rerum scriptorum oratorumve,[2]) nec cogitantes, quantum qua quis aetate vixerit auctor et quinam sit stilus alicujus singularis ad haec valeat. Etiamsi inde eos omnino non diligenter aetates distinxisse consequens sit, tamen in grammaticis quaestionibus, quando coeperint quandoque rudes esse desierint atque ornatum et elegantiam receperint literae, quaerere neglexisse, eosque de initio processu atque perfectione linguae idem fecisse judicium, id non potest negari.[3]) Ut autem quaevis lingua quovis tempore ex se gignit novas formas aliasque induit vestes[4]) ita qui negligunt has varietates et certam quandam normam sibique constantem ubique tenendam esse censent, mihi videntur judicio lapsi esse.

Sed haec sufficiant; etenim ex his quaestionibus non omnino quidem pertractatis quaedam illorum virorum doctorum studia de attractione quae fecerint attingere, ad

---

[1]) cf. Michelsen: Kasuslehre der lat. Sprache vom kausal-lokalen Standpunkte aus. Einleitung. An. 2 — dividit vir acutus grammaticos in tres classes, quarum postremam ita describit: Die reinen Systematiker, die — nach aufgenommenen und aufgefundenen Principien die Sprachwissenschaft zurechtrütteln.

[2]) Krüger: Nur hin und wieder — scheint die Hervorhebung irgend eines Begriffes besonders berücksichtigt zu sein, welche eben dadurch, dass er aus seiner natürlichen Verbindung heraus gerissen wird, bewirkt wird.

[3]) Michelsen ea de re sic loquitur prooem. pg. 2. — Die Sprache ist ein natürlicher Organismus, der aus eigener, innerer Lebenskraft sich entwickelt, der, getreu den allgemeinen Naturgesetzen, sich zu einer hier bestimmten Blüthe und Frucht entfaltet und dann wieder abstirbt, aber allmälig, wofern nicht äussere Gewalt seinen Tod beschleunigt; der in jedem Momente seines Lebens ein anderer ist und dessen Wesen eben deshalb nur in seiner Geschichte vollständig erkannt und aufgefasst wird.

[4]) Michelsen in prooem. pg. 5. Wer das Wesen der Sprache erforschen will, muss in ihr Objecte der Physik und Logik vereinigt sehen, denn er wird den Begriff nicht ohne den Laut, den Laut nicht ohne den Begriff verstehen wollen. Wie die Vereinigung beider zusammen kommt, muss die Psychologie lehren, denn das Denken, die Lebensäusserung der Seele, besteht ja eben darin, dass Vorstellungen und Begriffe in stets neu sich erzeugenden und stets wechselnden Sprachbildern oder Tönen von der Seele an ihren nie ruhenden Nerveninstrumenten vernommen werden.

nostrum quidem sensum consentaneum videtur esse.[1] Tantum vero abest, ut hoc imputandum iis, cum alias ingressi essent vias, opinemur, ut, quae profecerint, non possimus non admirari.

Quae praeterea possint in dubitationem vocari horum virorum sententiae, videbimus postea. Restat ut describatur, quae hodie soleant esse principia grammaticae. Qua de re, quum quas inierint vias viri doctissimi Guil. Humboldt et Bopp nemo nesciat, non opus est quidquam adjicere. Sed non pigebit, eorum nomina attulisse, qui novissimis temporibus hos viros secuti in tractanda grammatica studium consumpserunt: Hartung. Michelsen.[2] Rumpel.

Jam licebit quaerere, attractionis vocabuli quae propria fuerit apud veteres significatio, quamque tribuerint vim huic voci, qui secuti sunt grammatici; plus enim ea mihi quaestio in recessu videtur habere, quam fronte promittit.

Quintilianus in lib. I. c. 4., 20, ubi de partibus orationis loquitur, hoc conscripsit.

---

[1]) Rumpel: Casuslehre pg. 57. Wenn die Fundamentalgesetze des Denkens den selbständigen Inhalt der Sprache und der Grammatik ausmachen, so sind zunächst diese zu ermitteln. Hermann findet sie fertig in den von Kant neu begründeten, ursprünglich von Aristoteles abstammenden Kategorien der Quantität, Qualität, Relation und Modalität, Negation, Limitation u. s. w. Diese Kategorientafel nimmt er als die absoluten Grundnormen der Grammatik, auf welche in letzter Instanz jede Erscheinung zu reduciren sei, so wie von ihnen jede methodische Forschung ausgehen müsse. Hierbei fällt zunächst auf den unbefangensten Blick auf, dass Hermann selbst die Kategorien nicht überall in Anwendung bringt. — pg. 59. Hermann — verlässt bald seine abstracten Sätze und stellt so zu sagen aus freier Faust seine Beobachtungen an. — In diesen das Einzelne betreffenden Forschungen hat er das ganze Gebiet der griechischen Grammatik — mit so kühnem Scharfsinn und einer so gründlichen Kenntniss durchgearbeitet, dass man hierin offenbar die ganze Energie seiner Natur herausgearbeitet, seine wahrste Bedeutung ausgesprochen findet. cf. pg. 107.

Krueger: Untrs. Th. III. pg. 26 §. 13. Hermann suchte das von Buttmann Gesagte nach gewissen Grundbegriffen zu classificiren und zu zeigen, wie zwei Constructionen die eigentlichen Idiome der Rede ausmachten, die sich auf die Quantität, Qualität, Modalität und Relation der Rede bezögen. — Der vorletzte dieser Fälle, welcher sich auf die Kategorie der Relation bezieht, tritt dann bei der Attraction und dem Anacoluth ein.

[2]) Michelsen: ann. 68. Das Studium des Sanscrit gelangt allmälig, frei von übertriebener Wortschätzung und Herabsetzung zu wissenschaftlichen objectivgültigen Resultaten. Die Geschichte der Grammatik wird, ohne mit den Sanscritanern alles Heil im Sanscrit zu sehen, es anerkennen müssen, dass das comparative Sprachstudium erst durch das Studium des Sanscrit in ein bewusstes wissenschaftliches Leben gerufen wurde. Man verglich auch früher die einelnen Sprachen mit einander, aber eine wissenschaftliche Untersuchung der Wurzeln wurde erst dann möglich, als man im Sanscrit die gemeinsame Mutter der zunächst verglichenen Sprachen anerkennend, sich des Zweckes solcher Vergleichung bewusst wurde. Die Geschichte der Grammatik wird deshalb das Studium der Sanscritaner um so höher achten, je reicher die Ausbeute ist, welche die comparative Grammatik bei ihnen findet. Wird Bopps reicher Sprachschatz mehr concentrirt und nach einzelnen Seiten hin ausgeführt, so wird es am Tage liegen, dass mit dem Studium des Sanscrit eine neue Periode in unserer Wissenschaft begann.

»adjiciebant et asseverationem ut heu et attrectationem[1]) ut fasceatim, quae mihi non approbantur.« Ex quibus potest intelligi, hac voce illos grammaticos non id quod exhibent lexicographi, figuram indicasse grammaticam, verum comprehendisse eos genus quoddam particularum. Nec mihi Corpus Grammaticorum edit. Lindem. percurrenti de attractionis vocabulo quidquam se obtulit. Qua hodie usurpatur sententia, ea praeeunte Sanctio primus adhibuit Gallus, cujus nomen est Lancelot, qui scripsit: Nouvelle méthode pour apprendre facilement et en peu de temps la langue latine, et: Nouvelle méthode pour apprendre facilement la langue grecque. Paris. 1655.[2])

Sed paucis tantum delibavit is grammaticus hanc materiam, nec quatenus hujus idiomatis genera pateant suspicatus esse, nec a quo manarent fonte videtur quaesivisse. Hoc sagaciter Buttmannus, parvulos rivulos qui sequutus est atque descendit ad sedes imas, rimatus est. Sunt autem haec ejus verba »Ein Hauptbestreben, besonders der Attiker, dem sie häufig die strenge Logik aufopfern, ist nämlich das nach runder Kürze. Diesem zufolge suchen sie so viel als möglich zwei genau verbundene Sätze nicht blos hinter einander folgen zu lassen, sondern beide in einen zu concentriren. In his Buttmannum in primis Atticos respexisse scriptores — nec utitur in illustranda hac materia aliorum exemplis — fugiet neminem. Ceterum hic vir doctissimus tria attractionis genera nempe, quae infinitivorum, relativorum, et participiorum structura efficiuntur, in tres paragraphos disposuit §. 142, §. 143 et §. 144, qua re cum satisfecisse sibi non videretur, singularem qua complecterentur omnia dissertationem de attractione §. 151, adjecit, in qua huic idiomati structuras has similesve: θαυμασίον ὅσον προὐχώρησε, θαυμασίως ὡς ἄθλιος γέγονεν, οἶδα γῆν ὁπόση ἐστίν, δίκαιός εἶμι τοῦτο ποιεῖν, ὁ ἐκεῖθεν πόλεμος δεῦρο ἥξει; τοὺς ἀπὸ Θρᾴκης (in Thrazien — stehend?) εἰς pro eo quod est ἐν, vindicat.

Itaque Buttmannus de attractione quam dicunt doctrinam non solum induxit primus in grammaticam graecam sed etiam exemplis amplificavit. Mihi autem, quamvis exactissimo omnia examinaverit judicio, non exemit scrupulum de tribus quae sub finem §. 151, adjecit exemplis: οἶδα γῆν, ὁπόση ἐστί. δίκαιός εἰμι τοῦτο ποιεῖν. ὁ ἐκεῖθεν πόλεμος. Quae quum infra in judicium veniant, nunc mittamus has et quae possint praeterea excitari dubitationes, hoc tantum non pigebit adjecisse, Buttmannum fontem quidem hujus idiomatis indagasse, sed fines certos, quibus comprehenderetur omnis materia, non constituisse. Buttmannum excepit Hermannus, qui sibi, si non inveniendi nova, at recte ordinandi hanc materiam, quaedam rejiciendi aliaque adjiciendi, injunxit laborem.

---

1) Fluctuant codices inter attrectationem et attractionem.

2) cf. Krueger. quaestion. p. III. p. 23. ubi de origine attractionis vocabuli agit. Ex quo libello quum videatur in paucorum tantum manibus esse adscribere ex parte ea licebit, quae sunt Francogalli.

Règle I. Distinguer l'Attraction du Régime „La syntaxe des Grecs, pour premier maxime, doit son Attraction distinguer du régime."

Règle II. Du Relativ: Ainsi le Relativ suit le cas précedant τοῖς χρῶμαι οἷς ἔχω pour ἃ ἔχω disant.

Règle III. Ainsi l'Infinitiv, qui devant soi prendre aime Ou le Nominativ ou l'Accusativ même par cette Attraction se joindre encore pourra. A d'autres cas, qu'un mot à soi retirera. Mais ce même Infini très souvent dans l'usage fait l'office d'un Nom, comme en notre langage.

Règle IV. Des Participes: Σιμωνίδης ἔλεγε μηδέποτε αὐτῷ μεταμελῆσαι σιγήσαντι, φθεγξαμένῳ δὲ πολλάκις.

Obversabantur autem in expedienda hac re ejus animo cogitandi leges atque termini, quales exhibet disciplina logica, ex quibus sibi sumsit Relationem ad finem hujus idiomatis denotandum. In dissertatione »de idiomatis universe« haec exsignavit: Viger. app. 866 »tertius (locus) habebit attractionem, quae est diversorum perversa quaedam conjunctio.« Quam descriptionem explanavit Vig. App. 889: »Sequitur tertius idiomatum locus, qui est relationis, quae quum posita sit in conjunctione nexuque sententiarum, dupliciter necesse est rationem grammaticam laedi posse, conjungendo, quae disjungi debebant, et distrahendo, quae debebant cohaerere. Unde ex duabus partibus constat hic locus, attractione et anacolutho.

Est autem attractio in eo posita, siquid eo, quod simul ad duas orationis partes refertur, ad quarum alteram non recte refertur, ambas in unam conjungit.

Quae definitio, quum proficiscatur vir doctissimus a relatione, optime quadrat in sententias relativas, et fere omnia, quae in fronte affert ad comprobandam suam doctrinam exempla, continent pronomina relativa.

Quae praeterea exsignavit attractionis exempla, ea cadunt ex parte in structuram minus usitatam ὡς et ὥςπερ particularum, partim sunt nova, quae attulit. Neque vero in his novis possumus ei omnino assentire, neque in iis, quae contra Buttmannum, quippe qui transpositione quaedam explicuerit, disseruit. Etenim, licet, non sit transpositio peculiare idiomatum genus, licet ea versetur in rhetorica verborum ordinis mutatione, tamen extant transpositionis genera, quae ex sententia Hermanni vix potest attractio ad se vindicare, velut quod exhibet Aeschylus: πρὸς ἄλλοτ᾽ ἄλλον πημονὴ προςιζάνει, quae verba Hermannus sic expedire vult »propterea sunt in attractionibus numeranda, quod quum ex duabus partibus constet oratio ἄλλοτε et πρὸς ἄλλον eae partes ita in unum conjunguntur, ut, quum recte conjungantur ἄλλοτ᾽ ἄλλον et πρὸς ἄλλον, in medio positum ἄλλοτε simul et ad ἄλλον et ad πρὸς ἄλλον referatur.« Nemo non intelligit hunc locum, in quo praeter breviloquentiam in proverbiis, ut apud omnes populos, ita apud Graecos haud raram, nihil est mirum. Ceterum praeeunte Homero haec orta sunt ἀλλοπρόςαλλον Il. E. 831 et N. 776. ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον ἀμείβεται »alias in alium alternat« ubi exspectatur ἄλλοτ᾽ ἐπ᾽ ἄλλον. Il. Λ. 486. 745 ἄλλυδις ἄλλος, ἄλλυδις ἄλλη. Il. P. 729 ἄλλοτε ἄλλως N. 279 ἄλλυδις ἄλλα Φ. 503.[1]) In his qui primigeniam atque integram sectaturus fuerit cogitandi rationem, quae conveniat legibus grammaticis, is mihi videtur nimis quaesivisse, intellexisse satis est.

De versibus Sophoclis Electra 137, 138.

ἀλλ᾽ οὔτοι τόν γ᾽ ἐξ Ἀΐδα
παγκοίνου λίμνας πατέρ᾽ ἀνστάσεις.

haec dicit: Quae quum ad grammaticam rationem falsissima sint, tamen si per attractionem explicantur, recte se habent; nam quum haec essent jungenda: ἐξ Ἀΐδα παγκοίνου λίμνας ἀνστάσεις praemisso iis articulo simul ad praecedentia referuntur, ut si plene exprimas, hoc dicatur τὸν ἐν Ἅιδῃ ἐξ αὐτοῦ ἀναστήσεις. —

Quae verba nondum exputo cur sollicitaverit vir summus, neque enim ad grammaticam rationem videntur falsa esse, neque in his ulla cur in attractionibus adnumerentur causa inest, nempe non duas sed sententiam unam eamque continuam continent.

---

[1]) cf. Dunc. Lex. ed. Rost. s. v. Gr. Grammat. von Thiersch §. 166. 9.

Antecedunt enim Electrae verba haec v. 131 οὐ δ᾽ ἐθέλω προλιπεῖν τόδε, μὴ οὐ τὸν ἐμὸν στοναχεῖν πατέρ᾽ ἄθλιον. — Jam vero sequentia, quibus respondet chorus, ita coeunt cum praecedentibus, ut τόν γ᾽ articulus vim habeat demonstrativam [1]), non tam ad πατέρα quod sequitur, quam spectantem ad antecedens nomen. »Hunc quidem non excitabis e morte« quibus per epexegesin adjectum est πατέρ᾽ »tuum patrem.« [2]) Equidem in his, quantumvis elaboraverim, neque breviloquentiam, ut facit Ellendtius [3]) neque Hermanni explicationem: ἐν Ἅιδῃ ἐξ αὐτοῦ — deprehendere possum. Quamvis enim haec verba non ad amussim sint posita, tamen ex sententia utriusque viri nihil videtur omissum esse, offendit nos quidem insolentior verborum progressus, sed omnia si recte perpendes animo, ne unam quidem habebis voculam, in cujus terminationem praeter leges grammaticas aliud quid vim exercuerit; interpositi sunt genitivi articulum inter et ejus nomen.

Neque in iis facere possum cum Hermanno, quae de Il. lib. XIX. vers. 287, decrevit:

Πάτροκλέ μοι δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ.

Licebit adscribere ejus verba: — Quum idoneis indiciis sciamus, nomina compellationi inservientia a Graecis sola poni, ita ut pausa quadam in pronunciando a sequentibus dirimantur: ea ratio non sinit, pronomen encliticum adjungi, quod eo modo in initio orationis foret, in quo non potest poni. Quod si tamen ponitur, apertum est, non esse in initio positum, sed per attractionem simul cum praecedentibus esse conjungendum. Itaque quae duae erant sententiae, Πάτροκλε, et κεχαρισμένε μοι θυμῷ, quae recte sic in unum contraherentur κεχαρισμένε μοι θυμῷ Πάτροκλε, cum quadam perversitate ita conjunctae sunt, ut factum est a poeta. —

In his non potest non mirum videri, quod vir sumus in re expedienda omnino neglexerit adjectivum δειλῇ in disceptationem trahere; conjunxit pronomen μοί cum substantivo θυμῷ, ita ut, quo spectet δειλῇ, in dubio relictum sit. Quae quum statuimus, extenuetur necesse est hujus pronominis vis major, ita ut etiam sine verborum inversione, qua in explicando usus est Hermannus: κεχαρισμένε μοι θυμῷ Πάτροκλε, haec verba unam continere videantur sententiam. Sed deflexit poeta non sine causa ab usitata dicendi formula: ἐμῷ κεχαρισμένε θυμῷ Il. V. 243. X. 234. XI. 608; etenim haec verba, alias in sermone familiari adhibita, quum nimiam redolere comitatem eamque ob causam poetae ad summum Briseidis dolorem describendum apta non viderentur, immutanda esse duxit, itaque summam vim in hac sententia tribuit verbis μοι δειλῇ. Inde, quamvis id quod monuit Hermannus, non possit hic locus propter pronomen encliticum legi absque offensa, tamen licebit evincere, non esse duas cum perversitate quadam in unam conjunctas sententias, sed esse haec verba, quibus major vis insit, appo-

---

[1]) De Articuli vi demonstrativa apud tragicos vide Eurip. Alc. edit. Witschel. v. 264. 883. τῆς ὑπεραλγεῖν μέτριον ἄχθος. Ellendt. Lex. Soph. P. II. pag. 197. Dubitabat, inquit, de hoc Articuli usu Marklandus adhuc ad Eurip. Suppl. v. 110. nunc omnia in confesso sunt.

[2]) Nomina, inquit, Ellendt. Lex. Soph. P. II. pg. 249. cum articulo secundum sensum proxime colligata a poëtis paulo liberius transpositione afficiuntur.

[3]) Ellendt. Lex. Soph. sub Artic. Part. II. pg. 250 — Sed in ἐξ Ἀΐδα, quod ad ἀνστάσεις referendum, breviloquentiam potius, quam attractionem, ut Hermannus facit, agnosco.

sitionem prioris nominis Πάτροκλε. Quod quum non sinant grammaticorum praecepta, [1]) hunc versum haud sanum esse deputo ejusque veram hanc fuisse scripturam censeo. [2])

Πάτροκλ' ἐμοὶ δειλῇ πλεῖστον κεχαρισμένε θυμῷ! —

Qua de elisione cf. Il. Π. v. 830. Πάτροκλ' ἦ που ἔφησθα. — Spernant licebit hanc nostram explicationem atque medelam, modo intelligant interpretationem Hermanni, qua Πάτροκλε vocativo integra tribuitur sententia, multum offensionis habere.

Jam vero, quoniam Homeri locum in attractionibus non posse numerari decrevimus, huic autem vir summus, quae ejusdemmodi esse censet, adjecit exempla, videamus, quae sint illa. Euripid. Iphig. Aul. v. 1445.

Παῦσαί με μὴ κάκιζε.

De quo sic judicavit Hermannus: Quod quum ex his duabus constet: παῦσαι, μή με κάκιζε, recte illa sic jungerentur: παῦσαί με κακίζων: sed junxit poeta sic, ut collocatio pronominis, quae ex lege grammatica debebat alia esse, ad utrumque membrum referatur. Aliud hujus generis exemplum apud eundem poetam est in Bacchis v. 504. αὐδῶ με μὴ δεῖν.

In his exemplis neque inesse breviloquentia, quam proprietatem attractioni Buttmannus tribuit, neque cogitandi legibus mihi videtur aliquid repugnare. Quid quod ne ex Hermanni quidem definitione ea quadrare in attractionem persuasum habeo; neque enim pronomen ad duas simul orationis partes referri potest, quia illud μέ aut objectum est verbi παῦσαι, aut verbi κάκιζέ. Quum vero verborum structura secundum leges grammaticas ita procedat, ut non cogamur, id quod alias fieri solet in attractionibus, propter formam adjungere voci vocem, refragante sententia integra, ut utar exemplis: εὖ προςφέρεται τοῖς φίλοις, οἷς ἔχει. ἐδέοντο αὐτοῦ εἶναι προθύμου, quumque παῦσαί με praebeat sensum hoc loco alienum, ideoque non aptum sit pronomen ex παῦσαι; non est, cur non sequamur verba, quemadmodum flagitat ipsa sententia. Offendit sane collocatio pronominis. Qua de re, quid sit statuendum, nunc exquiramus. Non vocamus in disquisitionem, quam in metro positam esse videmus difficultatem, pronomen alio collocandi loco, est enim ea res parvi momenti, quippe quae soleat impugnari; sed advertamus, quem scriptores secuti sint morem aliis in locis. Non est quod offendamus ad pronomen saepe interpositum. Euripid. Medea v. 568 εἴ σε μὴ κνίζοι λέχος. v. 728. οὔ σε

---

[1]) Buttmann Gr. Gramm. §. 72. ann. 2. Von den beiden Formen derselben Casus (obliqu.) ist die einsilbige bloss enklitisch, indem in den Fällen der Orthotonirung nur die zweisilbige stehen kann.

[2]) Quam ex conjectura adscripsi pleniorem pronominis formam, eam teste Seidlero jam Bothius eruerat. cf. Seidl. ann. ad Il. l. XIX. v. 287. Adscripta sunt Apoll. de pronomine 327 c. verba haec, ἡ κλητικὴ αὐτοτελὴς οὖσα στιγμὴν ἀπαιτεῖ: διὸ οὐδέποτε αἱ ἐγκλινόμεναι μετὰ κλητικῆς τίθενται, ὅτι μὴ μόνον ἡ μοί κατὰ πρῶτον πρόσωπον διὰ φιλοφρόνησιν. Πάτροκλέ μοι δειλῇ. Kuehner Ausführl. Gramm. d. griech. Sprache. Theil 1. §. 78. Anmerk. 3. hunc vers. sic exhibet: Πάτροκλέ· μοι δειλῇ etc. „Nach einem Vocativ können die enklitischen Formen nicht stehen, weil derselbe durch Interpunktion von der übrigen Rede getrennt ist. Eine Ausnahme macht Il. T. 287.

Non videtur in his esse inepta quaestio, num audientium recitantem Homerum ipsum ii intellexerint hunc versum ex indole et ingenio autoris, qui ex ΠΑΤΡΟΚΛΕΜΟΙ pleniorem, an qui breviorem pronominis formam expedierint? — Nemo non audit post syllabam alteram incisionem, quae metro efficitur; praestabit igitur, si placet grammaticis, exceptionem non admisisse, ubi rem ipsam pro regula loquentem audiunt.

μὴ μεθῶ τινι. Orestes v. 803. εἴ σε μὴ ᾿ν δεινοῖσιν — συμφοραῖς ἐπάρκεσεν. Hippolyt. v. 518. δέδοιχ᾿ ὅπως μοι μὴ λίαν φανῇς σοφή. Alcest. v. 611. καί μ᾿ οὐ νομίζω παῖδα σὸν πεφυκέναι, quo in loco sicut in sequentibus pronomen personale ante negationem positum est. Soph. Philoctet. v. 332. φράσῃς μοι μὴ πέρα. Oedip. Col. v. 502. μόνον δέ με μὴ λείπετε, v. 1518. ὃ μὴ σὺ βούλου παθεῖν. Electr. v. 71. φράζου καί με μή ποθ᾿ ὕστερον παθοῦσα μέμψῃ. — Primo adspectu dubium potest videri, quo sit referendum pronomen in Ajac. v. 1353. ὅστις σ᾿, Ὀδυσσεῦ, μὴ λέγει γνώμῃ σοφὸν φῦναι, τοιοῦτον ὄντα, μῶρός ἐστ᾿ ἀνήρ et insigne mihi videtur esse exemplum hoc, in Euripidis Medea v. 316.

λέγεις ἀκοῦσαι μαλθάκ᾿, ἀλλ᾿ ἔσω φρενῶν
ὀῤῥωδία μοι μή τι βουλεύῃς κακόν.

In quo quum pronomen μοί inter duo orationis membra ita interpositum sit, ut vel in fine prioris: ἀλλ᾿ ἔσω φρενῶν ὀῤῥωδία μοι, vel in fronte subsequentis: μοί μή τι βουλεύῃς κακόν locum habere possit, non ad utrumque ex Hermanni sententia referendum esse licet statuere, sed cui membro adjudicandum sit, hoc est elaborandum.

Verum sufficiet, haec attulisse exempla; inde, qui velit, facile evincet, in collocandis pronominibus non eum, quem vult Hermannus, veteres habuisse finem. Nam, ut membra orationis vincirent numeris, posuerunt pronomina personalia, quippe quae diversis facile annecti possent vocibus in eo, qui aptissimus videretur loco[1]). Qua re veram eorum constructionem neque immutari neque eorum vim in justo plura orationis membra transferri posse putaverunt, neque, quum aures Graecorum inprimis Atticorum essent tritissimae, timendum iis erat, ut, si paulo discessissent a consueta verborum serie, ea intelligerentur. —

Ceterum in aliis quoque locis quum pronomen personale, licet non offendat collocatio, proxime positum sit ante μή particulam, cf. Euripidis Orestes, v. 598. — ποῖ τις οὖν ἔτ᾿ ἂν φύγοι εἰ μὴ κελεύσας ῥύσεταί με μὴ θανεῖν. v. 1255 φόβος ἔχει με μή τις ἐπὶ δώμασιν σταθεὶς — ἐξεύρῃ, in quibus aliter scribere potuisset poeta; ex his ipsis sicut ex exemplis jam allatis evinci posse putamus, poetas horum vocabulorum coacervationem si non quaesivisse, tamen non evitasse.

Sed de altero quoque Euripidis loco, in Bacch. v. 504. αὐδῶ με μὴ δεῖν, quippe qui male me habeat, quaedam facienda mihi sunt verba. Qui locus propterea, quod ne cogitari quidem potest de pronominis cum verbo αὐδῶ structura, valde a priori differt. Quum igitur praeter accentus inclinationem nullum, quo ligarentur haec duo vocabula relictum sit vinculum; inclinationem vero, grammaticorum inventionem non tam in sententias atque formationes, quam valere sciamus in numerum, neque sit opus ut, quae numeris optime cadant verba, ea ex sententia se continuo excipiant; sine dubio nulla superest causa, cur haec duo orationis membra conjunctione perversorum in unum vi attractionis conglutinata esse putandum sit. Euripidi non fuisse haec conjungendi consilium, ex versu sequenti 505. ἐγὼ δὲ δεῖν γε, κυριώτερος σέθεν, sententiam antecedenti prorsus contrariam ita continente, ut summa vis tribuatur verbo δεῖν, conspicitur. Scite eam ob causam Euripides verba: μὴ δεῖν, ne imminueretur antecedentis sententiae vis,

---

[1]) Quae de pronominum collocatione dicta sunt, ea valent quoque ad μή particulam, id quod comprobavit nuper in Diur. Jen. mens. Januar. No. 20. p. 82. Böhme: Die freiere Stellung der Partikel μή ist als sicher zu erweisen Thuc. 8. 3. ἢν μή τι ἀρκέσῃ. 6. 60. εἰ μὴ καὶ δέδρακε. 6. 18. ἀλλὰ καὶ μὴ ὅπως ἔπεισι προκαταλαμβάνει.

non sejungenda, sed quippe quae unam quasi efficerent notionem, haec duo quasi unum vocabulum collocanda esse duxit.

Huc accedit, quod poetae non anxie curabant in verbis χρή et δεῖ pronominum collocationem, quae aut ante, aut post verbum tenere solent locum. Sed huic simile exemplum, in quo negationi antepositum est pronomen, legitur in Sophoclis Oedip. R. v. 1185. οὐ χρῆν μ᾽ ὁμιλῶν, οὕς τέ μ᾽ οὐκ ἔδει κτανών.

Sed ne persequamur, quod sine ambagibus tenere non possumus, abstineamus excutere attractionis exempla Hermanni. Nimiam virum summum consumpsisse operam, ut satisfaceret in his locis a nobis denotatis suae attractionis descriptioni, eumque hunc in finem discidisse in duas partes atque perversorum conjunctionem quaesivisse, ubi horum neutrum exstet, hoc quidem demonstratum esse voluimus. —

Vide jam, in quas Hermannum haec interpretandi ratio deduxerit salebras, qui quas in dissertatione »de idiomatis universe« dedit non videtur secutus esse regulas; descripturus enim idiomatum genera, de attractione haec exsignavit verba »(ut) — idiomatum autem — explicatio in his versetur, quae usu praeter naturales loquendi regulas introducta sint.....[1]) Verum quae sint naturales loquendi regulae, hoc quaesivisse eos non pigebit, qui omnes regulas linguis jam excultis, ratiocinando factas esse, linguas vero non legibus rationis omnino conformatas, sed alia quoque principia in excolendo secutas esse, persuasum habent. Sine dubio obversabantur in hoc vocabulo viro doctissimo logicae, quas dicunt, cogitandi normae, libris grammaticis suppositae, quibus ipsis, quum non admittant, cum multa alia, tum ne rhetoricas quidem figuras, permoveri vir summus potuit, ut aliud de Buttmanno faceret judicium. Cui viro, quippe qui transpositionem verborum sejunxerit ab attractione, his verbis refragatur.« Nam totum hoc genus partim in rhetorica verborum ordinis mutatione versatur, quae ratio non est in idiomatis numeranda, ut in his exemplis — *νῦν δὴ ἃ ἔλεγον* — partim.....[2])

---

[1]) Viger. app. pg. 866.

[2]) Cavendum ne transferendo Germanam cogitandi rationem in alias linguas videamur lapsi esse; varietate vestimentorum, quibus induta sunt cogitata, ea non immutantur. — In collocatione pronominum valde distant a nostra cogitandi ratione Francogalli, ut utar exemplo uno: Je l'aime de tout mon coeur. In quibus vertendis quum eandem retineamus verborum seriem, quam maxime offendimur. Apud Francogallos secundum Hermanni explicationem non sine aliquo jure huc possunt referri exempla illa, quae relationis particula „en" composita sunt: je n'en sais rien. In quibus quum voces ita se excipiant, ut in unum omnes comprehendantur, sine dubio attrahendi vis aliqua inest. Sed ne Germana quidem lingua ab attractionibus, quae secundum Hermannum pronominibus efficiuntur personalibus, omnino abhorret, neque putare ea in re nostrates Graeca imitatos esse exempla cogimur, id quod Opitius et Lessingius in constructione acc. c. inf. dicuntur fecisse, (cf. Füisting commentatio de natura acc. c. inf. Münster Prog. 1838—1839.) Acht ich's das Beste sein, — sondern Stern und Mondenschein. Lessingius: Sie waren in Zuversicht auf ihre gute Sache, die sie auch von mir angegriffen zu sein vermeinten zu heftig; sed talia sponte se obtulerunt. Scripsit Klopstock in Od. „An Gott." Nicht heut erst siehst Du m e i n e m i r l a n g e Z e i t. Neminem fugiet, quae insit pronomini sententia, nemo in hoc uno enunciato duo contineri membra, infitiabitur. Magis in nostram rem quadrant haec: Klopst. in Od. quae inscripta est „die künftige Geliebte" Wenn im Liede mein Herz halb g e s a g t D i r g e f ä l l t. — Kaiser Heinrich. — „Zur Wolke rauschen ihm ungehört der deutschen Dichter Haine„. Quo jure Hermannus in: *παῦσαί με μὴ κάκιζε*, pronominis collocatione attractionem exortam esse putat, eodem in his, quoniam ita sunt posita pronomina, ut ad antecendentia

Praescriptis his attractionis Graecae linguae legibus a viris doctissimis, Buttmanno et Hermanno, Romanarum literarum interpretibus permulti occurrebant loci, alias quidem aliter explicati [1]) quos propter similitudinem cum Graecis exemplis permagnam eadem ratione illustrandos esse censebant. Buttmannus ipse adscripserat Graecis verbis ἔξεστί μοι γενέσθαι εὐδαίμονι: licet illis esse beatis. Itaque quum quae sparsim denotata et temere congesta erant exempla carere viderentur tam lumine quam ordine, Kruegerus totam hanc materiam, respiciens inprimis Romanos scriptores (vide prooemium pg. XIX.) in disciplinae formam redigendi sibi injunxit laborem, de cujus libro, quippe qui hodie quoque in paucorum esse videatur manibus, paulo uberius disserere licebit. Quo accesserit animo, indicavit in prooem. pg. VIII. Secutus est in universum, quam ingressi erant viam viri summi in explicandis Graecis exemplis, [2]) eumque non fugit, Herman-

---

pariter atque ad subsequentia possint referri: Wenn mein Herz gefällt, halb gesagt Dir aut: Wenn mein Herz Dir gefällt, halb gesagt. — Ungehört rauschen ihm der d. Dichter Haine, aut: Ihm ungehört r. d. d. Dicht. Haine — inesse attractionem quovis pignore contenderim. Quum vero fuisse poetae, haec verba pronominum collocatione in unum conjungendi consilium, vix credibile sit, eumque posuisse pronomen in eo loco, qui aptissimus videretur esse, inter omnes sine dubio constet, quumque relatio pronominis, quae possit duplex vel potius anceps videri, non quaesita, sed in casu posita sit; ideo non est, cur quae his inest obscuritas a nobis defendatur, sed demonstrasse, quae sint conjungenda et quae sint dirimenda, sufficiet. —

Sed Francogalli, licet calleant nostram linguam, cum in transferenda ea saepe numero non minus offendantur nostra verborum collocatione atque soleant retinere, quem lingua eorum in collocandis vocabulis praescribit ordinem, inde alias apud eos valere naturales cogitandi leges, quam apud nos, quas sollicitare et torquere genius linguae vetet, mihi videtur consequens esse. — cf. Die Casuslehre mit besonderer Beziehung auf die griechische Sprache v. Dr. Rumpel, pg. 80 — hängt zusammen — die nicht minder verbreitete irre Richtung, dass man nach Massgabe der deutschen oder lateinischen Uebersetzung, die grammatischen Gesetze der fremden Sprache bestimmt, dies Verfahren hat so zu sagen in einer optischen Täuschung seinen Grund. Man nimmt dasselbe grammatische Gestez, dem wir im Deutschen folgen, um denselben Gedankeninhalt auszudrücken, auch für die griechische oder jede andere Sprache an. — Michelsen l. l. p. 46. Die Sprache ist nämlich zwar ein natürlicher Organismus und deshalb in ihrem Leben den allgemeinen Gesetzen des natürlichen Lebens unterworfen, wie aber jeder einzelne Organismus auch einzelnen, seiner Individualität entsprechenden Gesetzen folgt, ja wie Organismen derselben Art in verschiedenem Boden und Klima auch verschiedenen Lebensgesetzen sich fügen; so gehorcht auch die Sprache den aus ihrer Individualität hervorgehenden Gesetzen und in den einzelnen Sprachen werden entsprechend der Verschiedenheit der relativen Völker auch einzelne besondere Gesetze anzuerkennen sein. Annot. 85. Auch darin sind Sprache und Logik sich gleich, dass die Einzelnen zwar sich derselben in freier Selbstständigkeit bedienen, dass dieselben aber demnach als Grundbedingungen des geistigen Daseins die Einzelnen beherrschen.

[1]) Linacer, Ovid. Trist. XI. 21. „In causa facili cuivis licet esse diserto" Graecam esse enallagen putat dat. pro acc.

[2]) Bernhardy. Syntax. pg. 44. nota 68. Es scheint wünschenswerth, dass im syntactischen Gebiet möglichst die römischen Idiome ausser Berührung mit den griechischen gesetzt werden, da ihre Vergleichung besser der allgemeinen Sprachforschung vorbehalten bleibt. Selbst die Nachahmungen der Römer, welche als ein Ganzes betrachtet bisher nur Gegenstand der einen Helleno-

num huic idiomati assignasse suae ipsius definitioni repugnantia. Attulit Sophoclis Philoct. v. 1380 πείσειν δυνησόμεθα, [1]) rejecit confusionem duarum locutionum et congruentiam, quam dicunt, velut in his: Socratem audio docentem, neque attractionem inesse loc. Cornel. Nep. Themistocl. IV: Quem quum minus quam vellet moveret, et Tibull. II. V. 19. Xenoph. Anab. 2. 12. Cyrop. VI. 1. 18. VII. 5. 14. III. 2. 28. recte judicat. Sed de transpositione, quam Buttmannus sejunxerat ab attractionibus, haesitavit certum facere judicium. prooem. pg. XX. —

Non debebant agnosci attractiones in Sophoclis Ajac. v. 760. et Sophocl. Trach. v. 1051. (1062): γυνὴ δὲ, θῆλυς οὖσα, κοὐκ ἀνδρὸς φύσιν, quo loco non potest ferri, quod statuit Ellendtius Lex. Soph. s. v. φύσις: sed duas locutiones confusas videor agnoscere: κοὐκ ἀνὴρ φύσιν οὖσα et κ'οὐκ ἀνδρὸς φύσιν ἔχουσα. Duo enim epitheta voci γυνή adjecta sunt, quorum alterum alteri adversatur. Utrumque ita intelligatur necesse est, ut contineat adjectivam notionem, quare qui οὐκ ἀνὴρ φύσιν dicendum fuisse putent, ut ἀνδρὸς φύσιν oppositum sit substantivo γυνή, errarunt. Ceterum ne nunc quidem, cur male habuerit hic locus interpretes, video, qui absque offensa sic reddi potest »weibisch, nicht nach Mannes Art.« Ad explicandum accusativum apud Graecos usitatissimum non opus erat subintelligere verbum ἔχειν. Exactissimo qui omnia perpendant judicio non ἀνὴρ φύσιν, sed (θῆλυς οὖσα) οὐκ ἄῤῥην proprie scribendum fuisse intelligent. De loco Ajac. 760. φύσιν βλαστών, Ellendtius Lex. Soph. s. voc. φύσιν dicit: Id mihi dissimillimum videtur .... cet. —

Refellenda sunt argumenta, quibus attractionem in: καθ' ἕκαστον et καθ' ἓν ἕκαστον docere vult. vide Bernh. Synt. pg. 240, et in Anabas. III. 3. 16. ἡμεῖς μὲν οὖν εἰ μέλλομεν τούτους εἴργειν .... σφενδονητῶν τε τὴν ταχίστην δεῖ καὶ ἱππέων non desideratur dativus ἡμῖν, quod alias quoque verbum δεῖ absolute poni solet, — so bedarf es. — Kruegerus: wo das zu δεῖ gehörige Pronomen ἡμῖν sich an das Verbum des Nebensatzes μέλλομεν angeschlossen hat. Sub finem p. XXVI—XXVIII quaedam suis quaestionibus addidit exempla.

Quo in prooemio, Kruegerum jam haesitasse in pangendis attractionis terminis, mirari subit; etenim haec: Ferner scheint von der Attraction unterschieden werden zu müssen, die Vermischung zweier Redeweisen pg. XII, discrepare mihi videntur ab iis, quae attractionis loco Anab. II. 5, 5 adscripsit. — Es ist hier also eine Vermischung zweier Construction, diese giebt aber öfters der Ausdrucksweise eine attractionsmässige Form oder umgekehrt, die attractionsmässige Ausdrucksweise hat das Ansehen einer solchen Vermischung; beides grenzt zusammen. Fac haec esse confinia, sunt tamen in iis fines, qui hoc loco subtiliter erant constituendi. — Sed quid de confusione constructionum, locutionum sive notionum sit statuendum, paucis delibavit vir doctissimus Bernhardy in Syntax. pg. 41. not. 65. [2])

---

lexia von Vechner gewesen sind, geben hinlänglichen Beweis für die gänzliche Verschiedenheit der beiderseitigen Structuren.

[1]) Krüger Vorrede pg. XIII. Endlich ist es nach dem von Hermann selbst aufgestellten Begriff nicht recht einleuchtend, in wiefern Constructionen wie Soph. Phil. 1380 von demselben für eine Attractionsform erklärt werden können.

[2]) Bernhardy l. c. (Wenige Erfindungen haben so viel Unfug angerichtet und verständige grammatische Forschung gehindert), woraus dann noch die ärgste Gewaltthat erwachsen

De idiomatis universe disserens (pg. 1—20) Hermannum, qui ex quotidianae vitae negligentia ea fluxisse et contra linguae naturam in usum venisse statuerat, recte impugnat; nam adscripserat vir summus »Istae consrtuctiones non carent omni ratione, sed habent, quo recte perpenso excusari possint« quibus haec annectit Kruegerus »Eben deshalb scheinen sie (die Idiome) weder der Natur der Sprache — zuwider, noch sämmtlich aus einer Nachlässigkeit im Ausdruck des gewönlichen Lebens entsprungen zu sein (pg. 13) .... (es) ist nicht zu läugnen, dass der Gebrauch gewisser Idiome oft zur Schönheit der Darstellung mit gehört und von dem Schriftsteller eben deshalb vorgezogen wird ... Desgleichen scheint uns auch gerade dieses Idiom am Wenigsten mit der Natur ...... der Sprache im Widerspruch zu stehen, sondern eben aus einer Eigenthümlichkeit derselben zu entspringen, auf welcher die Erscheinung dieses Idioms in manchen ganz gewöhnlichen Constructionen beruht.... Wir meinen das Streben nach einer gewissen abrundenden Verbindung zusammengehöriger Sprachtheile. Quae posteriora non quadrant omnino in Hermanni descriptionem: est attractio diversorum perversa quaedam conjunctio. Attractionem vero cohaerere cum Ellipsi, (pg. 19) haec, quantumvis in re comprobanda elaboraverit §§. 105, 107, 108 non possumus concedere. Utrumque idioma quidem ex breviloquentia exortum est, sed in explicandis singulis locis satis est, uno alterove uti, utrumque simul adhibere non licet. Sueto. Caligula c. 43: Caligula contracto omnis generis commeatu, quanto nunquam alias, iter ingressus est. Kruegerus: das quanto ist dadurch erst möglich geworden, dass das Prädikat contractus est weggelassen wurde. Liv. I. 29. Raptim quibus quisque poterat etatis exibant: quibus poterat kann nur stehen, in so fern der zu poterat gehörige Infinitiv efferre oder ducere weggelassen wird. — Ex nostra quidem cogitandi ratione haec ad amussim non videntur expressa, sed vide modo, quo deducantur, qui eam sequentes omnia cxplicaturi sint. Kruegerus (pg. 283 not.) Ciceronis loc. ad Famil. V. 2, 13. Tam sum amicus reipublicae, quam qui maxime — adscripsit: tam sum amicus reipublicae, quam qui maxime amicus est reipublicae — pergit: Oft aber hat es Schwierigkeit das zu Supplirende zu ergänzen, attulit pg. 283, quae de exemplis similibus explanandis Wolfius judicavit »Hac ambage circumloquendi opus est ad hoc genus explicandum«. Gravissima autem sunt, quae his adjecit »De qua tamen nemo fortasse Graecus cogitavit ut nec Latinus.« [1])

Sententiis Buttmanni et Hermanni diligenter excussis, attractionis terminos in §§. 10—16 proferendos esse censet propter exempla ejusmodi: οἶδα τὴν γῆν ὁπόση ἐστί, οὗτός ἐστιν ὃν εἶδες ἄνδρα: Nosti Marcellum quam tardus sit; non enim esse in omnibus attractionibus sententiarum conglutinationes, sed collocatione atque relatione vocabulorum audaciori effici coarctationes, in quibus, membris in unum non conjunctis, insit attractio; quin etiam in uno eodemque enunciato, velut: mihi nomen est Cajo, ὄλβιε κῶρε γένοιο, quum verba inierint juncturam naturae suae minus aptatam, hanc legem esse servandam. His praemissis, omnia attractionis exempla in classes has distribuit:

---

ist, die gefügige confusio duarum notionum, durch welche wir etwa χοὰς πρόπομπος und ἄστρων εὐφρόνη begreifen lernen, wogegen sich schon Schäfer ad Demosth. T. 1. p. 237 erklärt. Das Verfahren dieser neuen Methode lehrt zur Genüge die Beispielsammlung v. Matthiae ad Eurip. Or. 383.

[1]) Michelsen pg. 10. §. 1. Weder Ellipsen noch Pleonasmen der Sprache, sei es nun in Wortformen oder Wörtern, sei es in Sätzen oder Perioden, darf die Grammatik annehmen, wenn sie auf die Würde einer Wissenschaft Anspruch machen will.

Erste Klasse: Attraction bei Wörtern eines und desselben Satzes, wo in Einem und demselben Satze ein Wort der Form nach zu einem, der Sache nach zu einem andern zu beziehen ist.

Zweite Klasse: Attraction bei zwei Sätzen; und zwar stehen diese Sätze, wie wir im Folgenden sehen werden, immer in dem grammatischen Verhältnisse von Haupt- und Nebensatz zu einander, sind also grammatisch einer dem andern subordinirt, nicht coordinirt.

Erste Gattung: Zwei bloss neben einander stehende Sätze werden auf eben diese Weise so mit einander verschränkt, dass sie sich der Einheit nähern.

Zweite Gattung: Zwei Sätze werden vollkommen zu einer Einheit mit einander verschmolzen.

De classe prima in §§. 20—57 (pg. 43—130) agitur, cui adnumerantur attractionis exempla, quale est Plaut. Men. V. p. 37: Huic item Menaechmo nomen est.

Fere omnes grammatici, dativum alterum a pronomine attractum esse consentiunt. — Romanis in nominibus tribuendis usitatam fuisse nominativi et genitivi, usitatissimam vero dativi cum verbo esse structuram, notissimum est, id quod comprobatur etiam juncturis verborum: nomen do, dico alicui. Liv. I, 1. Filius, cui Ascanium parentes dixere nomen. Horat. Sat. 1. 3 v. 58, illi tardo cognomen pingui et damus. Offendimur autem utroque casu, et genitivo et dativo quumque genitivum attractionis vi non esse excitum, sed a cogitandi ratione Romanis propria profluxisse constet, ideo causam proximam juncturae dativi cum dativo non ex re externa, h. e. ex formarum congruentia, sed ex ipsa cogitationum conformatione petere debemus. Non propter breviloquentiam, non ut consociarent verba cum verbis, non ad formarum harmoniam efficiendam Romani dativo adjunxerunt dativum; sed ut indicarent, re possessa denotari possessorem ipsum.[1]) Verba enim: mihi est nomen Cajo, si redduntur, Mir, dem Cajus ist der Name, sine dubio continent sententiam hanc: Mir, dem Cajus, der ich diesen Namen schon habe, ist eben dieser Name. Qua non opus est circumlocutione. Rejiciamus, quas Kruegerus in explicando fecit distinctiones, quippe quae careant omni fundamento; formarum congruentia, refragante in hunc modum sententia, vix potest existere: Seiner Natur nach musste er (der Name) also in Dependenz (Genitiv) oder Congruenz (Nominat.) zu nomen stehen; allein seiner Form nach steht er in Congruenz zu huic. Vix credibile est, Romanos unquam propter solum formarum concentum ita immutasse constructiones, ut repugnarent naturae verborum. Sufficiet in explicando, ne torqueantur verba, appositio.

Atque haec hactenus. Specimine altero examinentur, quae supersunt.

---

[1]) Ab hac ratione non dissentit Michelsen not. 208. pg. 211: Dass in dieser Construction bisweilen (?) auch der Name im Dativ steht, wie Tarquinius cui cognomen superbo ex moribus datum, erklärt sich daraus, dass der Name von der Person als ihr wesentliches Eigenthum in das Verh. der Apposition hineingezogen ist. —

Nachrichten

über

das Gymnasium zu Torgau aus dem Schuljahre 1846–1847.

A. Allgemeine Lehrverfassung.

Prima.

I. Sprachen. 1) Deutsch: Uebungen im Recitiren und Declamiren. Geschichte der Nationalliteratur, nach Pischon. Mittheilung von Musterstücken. 2 St. Müller. — 2) Lateinisch: a) Cic. Oratt. Phill. I, IV, XIV. De imperio Cn. Pompeii. In Catil. I. Sallust. Catil.; Tacit. Germ. 4 St. ders. b) Horat. Odd. I, I—III, 8. Sat. I, 9—II, 2. Epist. I, 5—7. 2 St. Sauppe. c) Disputirübungen über Cicero's Lälius. 1 St. ders. — 3) Griechisch: a) Plat. Laches. Charmid. c. 1—14. 2 St. ders. b) Eurip. Alcestis. Hom. Il. XXIII med. — fin. XXIV. II, 1—493. Außerdem mehreres Einzelne, namentlich aus dem ersten Buche. 3 St. Rothmann. — 4) Hebräisch: I. Reg. Ps. 95 bis 114. 2 St. Sauppe. — 5) Französisch: Idelers Handb. 3 Th. Bignon — Péron. — Grammatische und schriftliche Uebungen. 2 St. Müller. — 6) Schriftliche Uebungen im Deutschen und Lateinischen. 1 St. ders.; in lat. Aufsätzen und Versen, in griechischen Uebersetzungen. 1 St. (hierzu Disputationsschriften, hebräische Analysen, Actusarbeiten; Memorirübungen). Sauppe.

II. Wissenschaften. 1) Religionsunterricht: Von der Heiligung. Nach Petri. 2 St. Sauppe. — 2) Mathematik: Im S. Trigonometrie. — Progressionen, Zinseszins- und Rentenrechnung, arithmetische Reihen höherer Ordnung. Im W. Stereometrie. — Kettenbrüche, quadratische, kubische und unbestimmte Gleichungen. Außerdem Wiederholung ganzer Abschnitte aus dem früher Vorgetragenen. 4 St. Arndt. — 3) Physik: Im S. Mathematische Geographie nebst den Hauptsachen aus der Astronomie Im W. Physische Geographie nebst Atmosphärologie. 2 St. ders. — 4) Erdbeschreibung und Geschichte. Allgemeine Uebersicht. Amerika. Europa im Allgemeinen, die Germanischen Staaten. — Wiederholung der Hauptbegebenheiten aller Zeiträume, mit Hervorhebung der Geschichte Deutschlands und Preußens. Neuere Geschichte. 3 St. Müller. — 5) Philosophische Propädeutik, nach Matthiä: Psychologie und Logik. 1 St. ders.

Secunda.

I. **Sprachen.** 1) Deutsch: Uebungen im Recitiren und Declamiren. Grammatik nach Becker. 2 St. Müller. — 2) Lateinisch: a) **Cic. Epist. 9—49** nach Süpfle; **Oratt. in Catil. Liv. XXI. XXII.** 5 St. Rothmann. b) **Virgil. Aen. X. — fin. Eclogae** und **Georgica** mit Auswahl. 2 St. Francke. c) Grammatik nach Zumpt: Formenlehre und Syntax bei Einübung der Memorirstücke. 1 St. Rothmann. — 3) Griechisch: a) **Xenoph. Conv. 2—fin. Commentt. I, 1. 2.** 3 St. ders. b) **Hom. Il. XXIII, 161—fin. XXIV.** 2 St. Sauppe. c) Grammatik nach Rost, speciell die Lehre von den Absichts- und Folgesätzen, **Consecutio temporum** u. s. w. 1 St. Rothmann. — 4) Hebräisch: Grammatik nach Gesenius und Lesung in dessen Chrestomathie; schriftliche Uebungen nach Weckherlin. 2 St. ders. — 5) Französisch: Idelers Handb. Prof. Th. **Le Sage — Rousseau.** Grammatik; schriftliche Uebungen. 2 St. ders. — 6) Schriftliche Uebungen im Deutschen, Lateinischen, Griechischen, in lat. Versen; Disputirübungen. 2 St. ders.

II. **Wissenschaften.** 1) Religionsunterricht. Mit Prima gemeinschaftlich. — 2) Mathematik: Im S. Geometrie nach Fischers Lehrb. bis Abschn. 10, theils repetirt theils durch Zusätze und durch das, was die Anhänge des Lehrbuchs enthalten, erweitert. — Gleichungen des ersten und zweiten Grades, Anfangsgründe der Lehre von den arithmetischen und geometrischen Reihen. Im W. Geometrie nach Fischers Lehrb. von Abschn. 11—Ende; Hauptlehren aus der Trigonometrie und Einübung des Gebrauchs der Tafeln. — Buchstabenrechnung, Potenzlehre, Logarithmen. 4 St. Arndt. — 3) Physik: Im S. Wärmelehre, im W. Optik. 1 St. ders. — 4) Erdbeschreibung und Geschichte. Erstere nach Roon, wie in Prima. Letztere nach Schmidt: Uebersicht über alle Haupttheile. Alte Geschichte. 3 St. Müller.

Tertia.

I. **Sprachen.** 1) Deutsch: Grammatik, nach Heyse: Präpositionen, Conjunctionen, die Lehre vom Satze. Declamation und freies Erzählen. 2 St. Handrick. — 2) Lateinisch: a) **Caesar B. G. VIII, 30—fin. I—IV, 20.** Dabei Einübung der Memorirstücke und Revision der Privatstudien. 4 St. ders. b) **Ovid. Metam. XIV, 154—771.** 2 St. Sauppe. c) Grammatik, nach Zumpt, besonders **Tempora** und **Modi.** 1 St. Handrick. — 3) Griechisch: a) **Xenoph. Anab. VII, 2—fin.** 3 St. ders. b) **Hom. Od. XXIII, XXIV, I, II.** 2 St. ders. c) Grammatik, nach Rost: Formenlehre. 1 St. ders. — 4) Französisch: a) **Volt. Charles XII,** B. **I, II in.** b) Grammatik, nach Hirzel, später nach Knebel; schriftliche Uebungen. 2 St. ders. — 5) Schriftliche Uebungen im Deutschen, Lat. u. Griech.; lat. Disticha. 2 St. ders.

